

Hb.

Signature Stolz-Wern.
yc 21.

216

CONNIVIUM DELIO- BESSERIANVM

EA QVA PAR EST

ANIMI OBSERVANTIA

ERGA SVVM

MAECENATEM

OMNI HONORIS CVLTV PROSEQVENDVM

GRATVLANTVR

ATQVE FELIX ESSE PRECANTVR

L. GEROLD GINGA-SVEVVS.

I. G. HOELZEL VONSIDELIO-VARISCVS.

F. A. LAMMERS STVTGARDO-SVEVVS.

F. I. PFLVGLER INGOLSTADIO-BAVARVS.

I. G. L. A. RVDELGAST PALATINVS.

I. G. SCHLICHTER ROTENBURGO-SVEVVS.

ERLANGAE

LITERIS IOANNIS DIETERICI MICHAELIS CAMERARII

ACADEMIAE A TTPIS

Au



PRESTEREAT MANAM

Dicitur Recens Verbi Actus
Brevis natura Consumit
Brevitatate omnis actio num
Modestia seruit uerbo

Modestia seruit uerbo

Modestia Conservatat Modestia

Tandem Tu thalami sociam Tibi deligis aliam.
Et tandem qua cum viuas amplecteris vnam:
Quasque videbaris taedas odisse iugales
Ante TVAS aedes claras lucere videmus.
MAECENAS atque decus Parnassi nobile nostri!
Rem facis egregiam, patras laudabile factum,
Musis optatum, Te dignum, sidere fausto
Tu conaris opus, quid, si patriae vtile dicam,
Quod praeter rem sit, quae si dixisse videbor?
Dulcis enim res est, res qua non lautior illa,
Cum thalami consorte iugali foedere iungi,
Qua cum iucunde peragantur tempora vitae.
Imo potest dici gallinae filius albae,
Cui se fautricem tribuit fortuna superba,
Illiust ut, vitae ceu consors, virgo lacertos
Exsatiet retinens decus inuolata pudicum,
Dotibus eximiis quae pernitet atque superbit
Corporis, ac animi virtutis laude nitescens.

O foedus carum, quo non est suauius ullum,
Dulcia quo vitae pariuntur commoda tanta!
Vincula, queis aetas omnis fit nostra beata,
Quaeque queunt solum crudeli morte reuelli.
Ergo quid est mirum, si Musae fronte serena
Huncce diem festum celebrantes gaudia, curis
Sepositis, agitant, quid? quod de pectori plausus
Edunt non fictos: Tibi gaudia dicta parari,
Arte Machaonia VIR, Doctor, rite perite
Cum videant, thalamis sociam Tecumque venire,
Qua cum iucunde Tv viues, stamina vitae
Parcae dum ducunt et dum Tva vita superstes.
Coniugium felix et terque quaterque beatum,
Quod iam coepisti, confidimus esse futurum.
Auguriis vanis non duci dicimus haecce,
Meque tacente, docet res et declarat id ipsa.
Multa conspicuum Te Pallas redditum arte:
Non parce lymphas Aganippidos ore bibisti
Quodque geris nomen sapientis rite tueris.
Iam vero quis honore viri sapientis habetur,
Pluribus ex rebus qui non sibi deligit istam,
Quae melior reliquis, quae cunctis pondere praestat?
Munere prudentis certe non fungitur iste
Qui rem maiorem necit praeferre minori.
Sponte igitur sequitur sic Te legisse sodalem,
Vt Tibi nobilior nunquam contingere posset.
Nam temere tantam rem non adgressus es hancce,
Qui mos est plebis, non coeco captus amore;
Quin cynosura Tibi, Doctor, sapientia diua,
In re Te tanta quae duxit tramite recto,
Sola fuit, spatium cui temporis omne sacrasti.

Quid mirum quaeſo, ſi Te non iſta ſefellit
Qua duce quaerebas Tibi ſponsam quamque ſecutus?
Quid, fi Tv Sponſam peregrinis ducis ab oris,
Sidere felici Te dignam in moenia noſtra?
Cuius iam laudes ad nos vaga fama ferebat;
Sed, de qua longe famam praefentia vincit.
Exoptate dies, quo non eſt laetior alter,
Illiā quo capiunt Erlangae moenia primum.
Artis Apollineae cultores fertē lapillos!
Lux eſt, alma dies, albisque notanda lapillis.
Ardentesque preces ad coelica mittite regna,
Tendite, cara cohors, ambas ad fidera palmas,
Vt foedus paetum ſit felix hocce iugale
Doctori noſtro, vobis ego voce praeibo:
Viue, vale, flore, Tibi ſit iucunda voluptas
Cum thalami ſocia, per multaque viuite lacti
Tempora, iucundi contingite Nestoris annos.
Et faxit Numen, quod coelica regna gubernat,
Vt poſſis multas mensis celebraſte calendas
O Vir, Fulminei Martis de nomine dieti
Filius atque Tvi ſimilis, Tibi vagiat almus
Anq[ue] confeſto bis fenis mensibus orbe.
Sic de connubio tali quoque patria plaudet.



10.02.92

30. Nov. 1992

78 M 387

ULB Halle
003 080 684

3



SL
148 = Handschrift
258 = "

Retro ✓

22
22

CONNVBIVM DELI O BESSERIANVM

EA QVA PAR EST

OBSERVANTIA

ERGA SVVM

CENATEM

CVLTV PROSEQVENDVM

GRATVLANTVR

FELIX ESSE PRECANTVR.

LD GINGA-SVEVVS.

LZEL VONSIDELIO-VARISCVS.

MERS STVTGARDO-SVEVVS.

GLER INGOLSTADIO-BAVARVS.

UVDELGAST PALATINVS.

UCHTER ROTENBURGO-SVEVVS.



ERLANGAE

DIETERICI MICHAELIS CAMERARII

ACADEMIAE A TTPIS

B.I.G.

Black

3/Color

White

Red

Yellow

Green

Centimetres

Inches

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Magenta

Magenta

White

Black